



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



Pl. R. 200 (2.)

Ex donat. Nolliana.

4<sup>o</sup> Ph. Ph. 15<sup>oi</sup>

Beckmann

Jurisconsulti


NICOLAI BECKMANNI  
LEGITIMA  
DEFENSIO


Contra Magistri Samuelis Puffendorffii execrabilis fictitiae calumnias, quibus illum contra omnem veritatem & justitiam ut carnatus diabolus, & singularis mendaciorum artifex per fictitia sua entia moralia (diabelica puto). toti honesto & eruditio orbi malitiosè ac ignominiosè exponere voluit.

Naturalis sive brutalis & gentilis Puffendorffii Spiritus usque adeo enormiter se exercit, & perverse operatur, ut nec diabolum, nec infernum nec vitam æternam dari impiè credat, & dum omnem actionem humanam statuat esse indifferentem, boni ac mali nec præmium, nec poenam futuram; hoc tamen pro satyrico suo ingenio firmiter credit, si viris honestis, & proximo suo audacter & malitiosè calumnietur, quod semper aliquid fœcis sive menda, cui in animis legentium hæreat.

---

Impressum ANNO 1677.





*Benevolo Lectori salutem & officia  
paratissima.*

**B**enevolo Lector, si Magistri Samuelis Puffendorffii olim collegæ & amici mei intimi, nunc infenissimi mei inimici & quasi carnati diaboli famosissimum scriptum remotis omnibus corruptis affectibus circumspecte ac piè perlegeris, non miraberis, quod eundem ad necessariam famæ meæ defensionem condignâ talionis pœnâ promptissimè afficiam, ac illi pro omnibus suis mendaciis, atrocissimis injuriis & calumniis ipsam veritatem ingenuè reponam, eumque arctissimâ, sed verissima censurâ iterum perstringam. Quandoquidem is, ut vilissimus scurra & pessimus nebulo, me, meamque famam contra omne meritum & veritatem falsissimis mendaciis conspergere, ac maculare diabolice tentavit, & infinita horrenda mendacia, & excogitata execrabilis calumnias & famosum libellum de me more suo solito, per entia diabolica scelestissimè edere voluit. Unde satis perspicue colligere licet, nisi is impurissimus esset scurra, & ex sordidissima familia (von Rehelsficker / Hechelmacher / Schweinschneider / oder Büttelsfnechtischer extraction) ortus, impossibile foret, hunc detestandum atheum, horrendum calumniatorem, & pessimum nebulonem posse tam sordide, ignominiosè ac diabolice infra omnem humanam conditionem de me loqui, quasi in me omnium vitiorum colluvies, & omnia mundana essent virtus. Ad quæ apertissimè diluenda, sequentia de me cum omnium proborum applausu verè dicere pos.

possim , me nunquam nec gulæ , nec veneri illicet , nec tunc  
ultui aut otio fuisse deditum , hoc est , nec amasse abundantia  
poculum , nec unquam cum ullo conseruisse manus , aut in  
arenam cum inimicis digladiaturum descendisse , aut scorto-  
rum sordidâ conversatione & amplexibus , juxta ejus naturam  
& exempla impie gavifum esse , sed studiis semper tempesti-  
vè & plus æquo invigilavi , cumque honestis & eruditis viris  
per temporum intervalla animi recreandi , & discursus gratia  
ad majorem eruditionem consequendam honestè conversa-  
tus sum ; quæ omnia à pessimo hoc calumniatore , impurissi-  
mo scurra , & horrendo atheo malitiosè supprimuntur . Optan-  
dum foret , ut ab impurissimo hoc scurra & nebulone pla-  
ne esse liberatus , ne mihi cum tam sordida bestia quicquam  
controversiarum & negotii esset , juxta illud vulgati : *Hoc*  
*scio pro certo , quod si cum stercore certo , vincor vel vincor , sem-*  
*per ego maculor.* Verum quia nec ipse Christus sine calumniis &  
persecutionibus in hac lachrimarum valle statem degere  
potuit , quo ergo pacto ego meab iis eximerem ; hinc in mei  
solarium congruē canit Poeta :

*Nunquam bella piis , nunquam certamina defunt ,*  
*Est quo cum certet , mens piæ semper habet.*

Ad calumnias Puffendorfii libenter tacuissem , nisi fuissent  
atrocissimæ , quales nemo probus tacendo præterire potest ,  
cum fama & vita pari passu ambulent *I.g. ff. de manumiss. vin-  
dict. crudelisque sit censendus , qui negligit famam , caus. 12.  
q. 1. c. 10.* fama namq; est hominis omnium rerum pretiosissi-  
ma & inestimabilis . Hinc de me absq; vana mundi gloria  
verè jactare possum , quod ex optimis , honestis & satis locu-  
pletibus parentibus sim prognatus , ac piè & bene educatus in  
Academiis , inter honestiores & primarios studiosos non ultimus fui ; si non primum , medium saltē inter eos occupavī  
locum , non tantum quoad vietum & amictum , verum etiam  
quoad studia liberalia me semper habuerunt simulum . A pri-

mis ætatis meæ annis ad hæc usque tempora ebrietatem ut ve-  
nenum cane & angue pejus naturâ aversatus sum, ut sic tem-  
pus meum pretiosissimum & florem ætatis helluando & scor-  
tando Puffendorffii epicureo exemplo impiè consumere nolu-  
rim, sed siquid residui temporis studiis utiliter horis subcicivis  
detrahere potui, id omne nobilioribus corporis exercitiis glo-  
riose tribui, unde calumniatori meo detestando, execrabilis  
ac scelerato atheò Puffendorffio harum rerum cum crudibus  
& rudentibus asinis experto usque adeo sum infensus; cum  
ars non habeat osorem nisi ignorantem, pro hisce corporis do-  
tibus ridere & cachinari ad quodlibet verbum morionis instar  
artificiosè sit ac practicatur: unde serenissimi Electoris Hei-  
delbergensis Secretarius Haffniā ad nostram Academiam Ca-  
rolinam anno 1669. veniendo, mihi coram Puffendorffii uxo-  
re amice dixit: Puffendorffium Heidelbergæ semper nomina-  
tum esse ~~der lach~~ Professor, quia libenter rideret &c: ut de me  
ulterius pergam. Magnus Sueciæ Mareschallus Illustrissimus  
Dominus Comes Gabriele Oxenstirn, beatæ jam memorie,  
me suauo prudentissimi ac Illustrissimi Domini Comitis de  
Donau Affinis sui suavissimi ex Academia Regiomontana ad  
filium suum natu - maximum charissimum & formosissimum  
Juvenem informandum solenniter non vocasset, nisi de erudi-  
tione mea antea satis certus fuisset: cuius filio Gustavo Adol-  
pho Oxenstirnio per integrum sexennium regendo & infor-  
mando sic præfui, ut postquam ante meum discessum Poten-  
tissimi Regis Sueciæ Caroli Præceptor Dominus Gripenhielm  
& Episcopus Goteburgensis Doctor Klingius discipulum meum  
me efflagitante Parentis jussu examinatunt, ad expiscandos  
eius in studiis progressus, tale de me, meaque informatione  
dederunt testimonium, ut Illustrissimus Paren's unâ cum Co-  
mitissa sua uxore prudentissima publicè dixerint: se non posse  
me absque filii sui ruina dimittere, expeterem quantum pro  
Salarii augmento vellem, sed mihi paratissimis animis exfo-  
luti-

Iuturos, ac insuper officium meum personae convenientissimum  
penes Regem procuratos, dummodo si hunc informandum  
non desererem. Ast ego Galliam, Germaniam & Italiam  
propriis meis sumtibus peragrare, exque itinere fructum ca-  
pere in mei promotionem instantissime intendens, honestam  
& optimam hanc conditionem cum maxima gratiarum actio-  
ne humillime recusavi, sic illustrissimi Parentes me multis  
beneficiis affectum nolentes volentes gratusissime, attamen  
non sine lachrimis ob innatum in filium amorem tristes dimer-  
serunt &c. Hic illud tacito pede in mei dispendium præter-  
ire non possum, quod per integrum Sexenium nec Illustris-  
simos meos Dominos, nec ullum ex tota familia Oxenstirnia-  
na unquam offenderim, sed omnes tam nobiles, quam igno-  
biles, tam mares, quam foeminas mihi faventes semper ex-  
pertus sum, quod omnes Proceres & Magnates Sueciæ qui me  
optime norunt, de me satis superque testari possunt. Quod  
testimonium detestandum meum calumniatorem, horrendum  
atheum & omnium bipedum impiissimum Puffendorffium mi-  
serissime angit, torquet, excruciat. Cum sic bonis conditio-  
nibus bonaque cum venia è Suecorum limitibus peregrinandi  
& discendi causa Anno 1662. discederem, Helmstadum me  
primo contuli, utendo tecta & mensa celeberrimi Domini  
Doctoris & Professoris Conringii, conversaturus cum illo, ut  
ex hujus incomparabilis Politici, rerumque humanarum peri-  
tissimi viri conversatione aliquid re & nomine dignum in mei  
promotionem addiscerem. Quod etiam pro temporum angu-  
stiis factum; unde ad Academiam Marpurgensem cum summo  
omnium commensalium Conringianorum applausu carmine  
quodam gratulatorio typis mandato honorifice sum dimissus;  
prout è carmine mutilatè hic saltē allegato perspicue pater.

Auf Bund unsrer Lüggenössen  
Eileßt du dann schen von hier /  
Da der Herbst noch nicht verflossen  
Wart O unsers Elmes Zier

Der Winter sich verbannt,  
Und die Sonne wieder feurte.

2.

Den es lässt sich übel reissen  
Wen die Lüsse so kalt und naß/  
Wen die Glüsse sich beeissen/  
Wen sich regt der Boreas/  
Läß noch etwas Zeit verschissen/  
Das wir deiner mehr genießen.

3.

Ums belieben deine Gaben  
Deine Hof-Erfahrenheit u.  
Deine Fertigkeit im reden  
Im Franzöischen und Latein  
Das rief dich ins Land der Schweden  
Ins Reichs-Marschalc's Hoff hinein.

Hæc in mei laudem scripta iterum macerant livore correptum  
meum sceleratissimum calumniatorem Puffendorffium. Mar-  
purgi integrum fermè biennium studiorum & libri elaborandi  
gratia inter privatos parietes laboriosus hæsi, ibique singulis  
diebus in tantum excolui studia, varios mutos rerum huma-  
narum Magistros creberrimè evolvendo ac consulendo, ut  
absque coenæ assumptione frequentius sedecim, quam quindecim  
horas indefatigato labore avidè consumperim; hinc fa-  
ctum, ut Magnifici DN. Rectoris Johannis Heinii SS. Theo-  
logiæ Doctoris & Professoris, Amici mei tunc temporis opti-  
mi & familiarissimi Commensales me Parisias proficisci entem  
per Candidatum Juris DN. Johannem Braun Amœnoburgen-  
sem, nunc Professorem & Doctorem Juris in Academia Salisbur-  
gensis existentem carmine propemotico typis excuso honorificè  
comitari voluerint. Et quidem sequenti modo.

Oxstierianæ dignior Arbitr  
Illustris aulæ nuper adorēis

exul:

Exul: Morosus ad carneas  
Jam Themidis bene dives omnis  
Beckman revises limina Galliae,  
Et præpotentis regna Sueciae,  
Quæ complicatis te lacertis  
Quæ cupida prece flagitavit.  
Ibis profundæ navita gloriae  
Niclae, cuius tempora laureis  
Devota, Clio gestiebat  
Promeritis reditnre fertis.

(Quoniam omnes Professores Juris Marpurgenses iuxta propria sua vota sibi certò persuadebant me ibi honores doctorales adepturum, quod ob nimios sumtus contra omnium intentionem spem & voluntatem honestè evitavi) sic pergit Braunius in carmine.

Cui ter supinis collibus annuet  
Pindus &c. &c. (tandem supergit)  
Te non prophanis gratia Brachiis,  
Te gloriofis fama jugalibus  
Vehet per orbem, qua coruscus  
Astra quatit Phaeton quadrigis &c. &c.  
Sic Consalini ter tibi Candidis  
Plausere votis, ter tibi ferreo  
Fata ore juravere, toto  
Sic Helicon statuit senatu.

Dum sic iter meum anno 1665. Parisias versus per Electoralem sedem Heidelbergam & Argentoratum commodè iastitui, Argentorati postera die novitatis & studiorum gratia auditorium Juridicum cum meis itineris comitibus sum ingressus, auscultaturus disputationem Juridicam de fidejussione inauguralem, tunc mihi præter intentionem data fuit occasio contra egregias hascibes solempnes opponendi, oppositione rite peractâ Magnificus DN. Doctor Rebhan, tunc temporis Academie Rector mibi, totique auditorio de tam docta & accurata

curata oppositione summo per gratulatus es; &c. Calumnia-  
tor ubi es? Jam te iterum scelestè subducis. Tenebrarum  
dux in ipsis tenebris tibi pro tuis execrandis calumniis condi-  
gnum olim dabit præmium, quod tandem cum perpetuo ulu-  
latu & vociferatione publicè confirmabis &c. Argentorato  
discedens postea vixi Parisis operis mei Medullæ Justinianæ  
ad digesta typis publicè edendæ gratia ultra sesqui annum, ubi  
cum plurimis viris eruditissimis & honestissimis, & non cum  
talibus scurris, qualis est Puffendorff ( qui nihil aliud in suis  
jocosis & familiaribus discursibus proferre scit, quam sit venia  
honestis auribus, scheis und dreck / Buhlenlieder / hundert tausend  
Teufel oder Sacrament & infinita ejusmodi alia ) quotidie con-  
vertatus sum, ex quorum doctissima & accurata conversatione  
semper discessi melior. Cum opus meum tunc temporis ita  
inrer manus typographi hæreret, Aureliam profectus sum,  
summos in utroque jure honores solemniter consequuturus,  
ubi non tantum rigorosum sustinui examen, verum insuper  
magnam disputationem de judiciis inauguralem typis excusam  
cum summo honore absq; ullo præsidio habui, quam gloriam  
nec ipse Diabolus, multo minus ejus discipulus mendaciorum  
archi-faber Puffendorff mihi adimere valet; ne autem quis-  
quam de assertis dubitet, legat Benevolus Lector disticha, quæ  
duo magna JCtorum lumina, quorum alter Rector tunc tem-  
poris Magnificus & primarius Juris Professor erat, alter secun-  
darius Juris Professor. Verba eorum sunt sequentia: *Ad Vi-  
rum Clarissimum DN. Beckmannum J. U. D. in ejus Commen-  
tarium ad Pandectas:*

*Ut Jovis è cerebro Themis orta est, sic quoque partu  
Ingenii Beckman Themis altera nascitur orbi.*

Jacobus de la Lande in Aurelianensi,  
Universitate Antecessor, & pro-  
tempore Rector Magnificus.

*Cla-*

*Clarissimo Viro*

**NICOLAO BECKMANNO**

*Juris Utriusque Doctori.*

*Cui sic Romani Juris finis ore medulla*

*Olli Romanis viribus offa vigent.*

E. Riviere Antecessor Universitatis Aurelianensis.

Hic probè attendendum, quod Parisiis nullum opus typis publicè excudi possit, quin à personis juratis viris eruditissimis à capite ad calcem accuratè perlegatur, accenseatur, num liber iste tuto imprimi & in vulgus edi possit, vel non; tunc tam egregium de me, meoque opere tulerunt viri isti plane mihi incogniti testimonium, ut idem ipse de me absque jactantia falso assertere non aulus essem; verba eorum sunt sequentia, quæ in journal des Scavans gallicè Parisiis impresso, vel in ephemeridibus Eruditorum Lipsiæ latine postea editis invenies:

*Medulla Justinianea, sive dilucida totius Juris civilis juxta digestorum methodum explicatio, Autore Nicolo Beckmanno in 4. Parisiis quæd viduam Alliot & Egidium Alliot.*

Revissima scientias docendi ratio est, reducere easdem ad Regulas sive aphorismos, uti Hippocrates in Medicina fecit. Hinc cum præsens Autor cursum Juris methodicum edere voluit, plurimis inclusit theorematibus id, quod notatu magis diagramma Jure Consultis, quos legit, omnibus advertit; & quoniam ordo in Digestis observatus, commodissimus habitus est omnium, qui adhuc pro Jure sunt inventi, & quoniam etiam materias omnes, quæ in Jurisprudentia occurrunt, comprehendit, ordinem illum in theorematum suorum dispositione secutus est. Opus illud utile erit iis omnibus, qui Juris prudentie operam navare cupiunt; principales enim Juris definitiones

B definitiones

nitiones & divisiones clare & exacte ibidem sunt explicatae.  
Autor etiam Juris civilis cursui Juris Canonici decisiones magis necessarias, unā cum illo, quod in Jure Germanico magis notatu dignum est, immiscuit. Hoc laudabilis testimonio commotus fuit Rex Galliae Ludovicus 14. ut Bibliopolæ pariensi meo Alliot me inscio Regium diploma & privilegium gratiōsē concesserit, ne medulla mea juris ab alio, quam ab eodem sub gravissima poenā divendatur vel iterum imprimitur &c. Ex hiscē elogiis & publicis testimoniois aperte patet, egregios & celeberrimos Professores Aurelianenses me non indignum, sed maximē dignum ad honores doctorales solēniter promovisse. Siehestu nun du verlogner Scheim/Ehren dieb und henckers würdiger heilloser Heid und lach-Proffessor, wie teufisch du einem ehrlichen Mann wider alle Wahrheit suchest zu verunglimpfen: Wirstu mie deinen Pasquillen / lügen und triegen fernet fortfahren / so wirstu unfehlbar in des Scharfrichters Hände gerathen/ damit die ganze erbare Welt augenscheinlich siehet / wie Gottes gerechte Strafe dich gottlosen heilosen Buben andern bösen zum Exempel rechtmässig heimgesucht/sei. Nunc ulterius vitam meam, ejusque institutum ad hodierna tempora clare & perspicue deduco. Postquam opus meum Parisiis plenē fuit perfectum, ac Potentissimo Suecorum Regi Carolo humillimē dedicatum, Parisiis in Sueciam offerendi causa, meq; humillimē commendandi sum profectus. Quamprimum autem Stockholmiam ad Regis Aulam incolumis perveni offerendo librum meum Regi, Regniq; Proceribus, ab illo tempore statim in signum gratitudinis ac clementiae contestando intra quatriduum primus Juris Professor Academiæ Carolinæ Londini Schanorum sum declaratus, & anno 1668. secundus Academiæ Rector Magnificus communi omnium Professorum suffragio approbante Rege Carolo sum creatus, qui collatum Rektoratum tanto animi moderamine, Justitiâ & Prudentiâ laudabiliter gessi, ut omnem tam nobiles, quam ignobiles

les unanimi voce mihi optaverint perpetuum Rectoratum; in  
tantum omnibus absqne personarum respectu spretis sordidis  
muneribus administravi Justitiam. Id tamen pro dolor in  
meo Rectoratu per innocentiam & Superiorum jussum com-  
missi crimen, quod detestandum hunc atheum Puffendorf-  
fium ut Academiar[um] lolium & juventutis studiosæ pestem præ-  
vio programmate in Academiam solenniter introduxerim, ut  
anno 1668. die 6. Septembbris; ast, quòd in eo peccatum, non  
mihi, sed Superioribus adscribendum, qui de hoc pestifero se-  
mine in Academiam introducto coram Deo respondere co-  
guntur. Quandoquidem ego gentilem hunc Professorem ve-  
re atheum non motu proprio, sed jussu Regio in Academiam  
solenniter introduxi ut Rector Academiar[um] Carolinæ &c. In-  
terea novum meum ad prima Juris fundamenta commenta-  
rium sub professionis meæ onore & functione paulatim elabo-  
rare cœpi, quem tandem anno 1672. elaboratum in lucem  
publicè edere, Regique dedicare curavi; in quem detestandus  
meus calumniator & carnatus meus diabolus Puffendorff ideo  
furore suo intempestivè invehit, quia mediante epistola mea  
ad Lectorem ibidem scripta apud Suecorum Regem, Regniq;  
Proceres piè effeci, ne gentilis hic Professor & detestandus  
atheus Puffendorff amplius pestiferum Hobbesium & famo-  
sum Monzambanum Nobilibus prælegeret, iisque falsissima  
ac impiissima Juris humani & Divini principia scelestè inculca-  
ret. Ergo non est mirum, quod scelestus meus calumniator  
Puffendorfius usque adeo in me impiè debachetur, ac rabiosi  
canis instar in me innocentem hostiliè irruat, quasi me quo-  
ad corpus, famam & animam funditus perdere, & iniquè pro-  
dere vellet. Quæ venenosa ejus tela, & scelerata tentamina  
mihi ne hilum quidem nocent, sed eadem in nefandissimum  
autorem & calumniatorem tutò remitto, ut iis ipse Puffen-  
dorffius ignominiosè pereat &c. Circa eadem tempora, qui-  
bus opus meum Londini edidi, atheus & calumniator meus

Puffendorff lolium suum pestiferum & atheismum per entia sua moralia (bestialia puto) actionum humanarum indifferentiam, religionem statui reipublicæ esse accommodandam & sexcenta alia disseminare, & Christianismum planè extirpare clandestinè machinatus est; quibus pessimis Puffendorffii machinationibus se omnes in Suecia Episcopi, Doctores & Professores Theologiz & Sacerdotes Suecici pro aris & focis fortiter opposuerunt, ne atheismo per periculosa Puffendorffii principia, & horrenda Juris naturæ dogmata, portas & fenes-  
tras undiquaque aperirent. Hic accuratissimè notanda est astutissimi & diabolici calumniatoris illustris athei Puffendorffii astutia in edendo suo Jute naturæ maximè gentili & bestiali. Cum is nova sua excogitata damnanda entia moralia sive bestialia &c. in lucem prolatura ipse defendere & tueri sibi diffideret, novum sibi excogitavit expediens, sive ens dia-  
bolicum, quo mediante ad propositum sibi scopum tutò perve-  
nire posset, ratus nihil sibi, suisque entibus moralibus sive bru-  
talibus esse salutarius, nihilq; Theologorum judicium, sibi dam-  
nosum fortius suppressere posse, quam si emendicata Regis  
censura, (& non recta ratio, nec pietas aut justitia) supremum  
Juris ipsius naturæ præsidium foret; Verum cum Reveren-  
dissimus Schaniæ Episcopus Magnificus Academiz Procan-  
cellarius D. Petrus Winstrupius, Doctores Theologiz & Sa-  
cerdotes totius Sueciz impium hoc ac gentile Puffendorffii  
opus viderint, id statim ut ethnicum & impium unanimi &  
constantι voce ac judicio condemnarunt, quorum judicium  
impius autor & gentilis Professor Puffendorff non Bonitate &  
Justitia causæ, sed autoritate Regis unicè suppressere, & à se  
avertere conabatur. Utut Puffendorffii atheismum entia  
moralia, actionum humanarum indifferentiam, religionem  
statui reipublicæ esse accommodandam & infinita alia omnes  
Theologi & Sacerdotes in Suecia publicè damnaverint, li-  
brumque ejus de Jure naturæ & gentium ignominiosa combu-  
stione

stione dignum censuerint, hanc tamen litēm tunc temporis  
nolui facere meam ad omnem invidiam & suspicionem evi-  
tandam, ne satyrico & scelesto Puffendorffio tunc temporis ad-  
huc amico meo simulato daretur ansa omnem causam in me  
injustè devolvendi; conscientia etiam mea & Juris professio-  
ne reclamanribus nihilominus taçui. Quid factum, dum post  
anni lāpsum & eo diutius à tempore hujus controversiæ ob  
prægnantes causas, nimirum ob maximum pietatis & justitiæ  
in Suecia defectum, sumimumque luxum, & latentem meum  
amorem Germaniæ ceu nativi soli, professione mea relictæ  
Regi, regnique Proceribus solenniter valedixi, meque ut de-  
claratum Consiliarium Eminentissimi ac Serenissimi Domini  
Cardinalis Badensis, Domini & Patroni mei clementissi-  
milateri Fuldaæ adjunxi; tunc astutissimus calumniator Puffen-  
dorffius diabolico invento, me absentem pro autore hujus litis  
& indicis sive censuræ novitatum Puffendorffianorum apud  
Regem malitiosè detulit, ut sic omne odium in me unicè de-  
volvendo reliquos suos contradicentes regia manu terrere pos-  
set; Rex in se bonus & plane gratus inanes ac pravas calum-  
niatoris Puffendorffii accusationes me legitimè absente pri-  
mum audire noluit, sed furibundo Puffendorffio per Illustris-  
simum regni Cancellarium indicari jussit, ut controversiam  
hanc in sui opprobrium ulterius non moveret, ac exorienti  
igni oleum aspergeret &c. Cum diabolicus Puffendorffianus  
spiritus ex evidenteribus rerum circumstantiis, ipsoque effectu  
videret, causam suam à Rege, regnique Proceribus deserí,  
seque totius literati orbis legitimæ censuræ ignominiosè expo-  
ni, nova entia moralia (diabolica puto) & stratagemata  
illicita in sui favorem astutissimè excogitavit, per fas & nefas,  
hoc est, per casus potius obliquos, quam rectos conciliando  
sibi esse Patronos, quorum valida intercessione Regis gratia  
& patrocinium sibi reconciliandum esset, ne ob novum &  
periculosum suum atheismum spartâ sua Academica opinione

ci-

tius justè privatus in Angliam omnium sectarum sedem ad præceptorem suum Hobbesium ignominiosè mitteretur. Scele-ratum ejus inventum felici successu non fuit destitutum. Mirabile dictu est , quibus dolosis artibus sibi ex voto duos Pa-tronus scopo suo convenientissimos comparaverit , ut potè Comitem Gustavum Ottonem Steinbock Academiz Caro-linæ Cancellarium , & Consiliarium Nicolaum Roland , quo-rum primum sciebat , auri argenteique esse insatiabilem , qui conscientiam in omnibus controversis causis pro oblato præ-mio promiscuè habebat venalem , attestante experientia ; ideo illius gratiam & patrocinium vi splendentis auri facillimè ex-pugnare poterat ; alterum autem furibundo impetu omnia semper agentem ob propriam personam non multum venera-batur malitiosus Puffendorfius , sed eundem ob Generi sui Domini Gripenhielmii Regis Præceptoris auxilium & com-mendatitias apud Regem religiosè colebat ; licet hic Rolandus non tanta auri famelaboraret , quanta Comes Steinbock , at-tamen Nobilium , Consulum , Sacerdotum & Prætorum Scha-nensium magna oblata munera in negotiis commissionum an-no 1671 & 72. non sprevit , præsertim si tantum corii inaura-ti ad corruptelas à clientibns offerretur , ut cœnacula & con-clavia Stockholmiaæ indè regio quasi ornatu coruscari possent. Idcirco eum difficilioribus remediis & entibus moralibus ( dia-bolicis ) ad suas partes pertrahere cogebatur. Quali ergo re-medio putas Benebole Lector illustrem nostrum atheum Puf-fendorfium injustæ ac impizæ causæ invenisse Patronum ? No-minatus nobilis Rolandus habeat cubicularium nomine Des-mar viribus corporis planè destitutum , qui à multis retrò annis ei ut pedissequus fideliter intervisser , quem in maximo suo fu-rore ob præstita servitia præ aliis omnibus tolerare poterat , huic misero socio nulla literaturâ vel studiis instructo despera-tus Puffendorfius privignam suam manibus pedibusque resi-stentem ac miserè plorantem infra statum & conditionem pu-ella

ellæ sponte offerebat , ut mediante hoc puellæ conjugio cum suis entibus moralibus sive malitiis summoperè commendaret Nobili Rolando , & Rolandus per gradus eundem commendaret Genero suo Gripenhielmo Regis Præceptoris , & is consequenter Puffendorffium Regi . Dictum factum , prout negotium in statu ejus naturali per entia moralia secundum suam actionum humanarum indifferentiam à gentili Puffendorffio malitiosè est conceptum , ita in effectum egregiè est deductum . Ex illo tempore Reverendissimo Domino Episcopo Schanensi D. Winstrupio & omnibus Theologis & Sacerdotibus severè injunctum est , ne amplius contra Puffendorffii Jus naturæ & gentium loquerentur , vel scriberent , contrarium faciendo experiretur hanc causam esse Regis . Literas quoq; in Saxoniam Dresdam ad Serenissimum Saxoniæ Electorem commendatitias miserunt , ne is permitteret alicui Professorum vel Theologorum facultatem scribendi & ratiocinandi contra Puffendorffij principia : hac omnia non sufficiebant , majora insuper absurdâ maximè inqua scelerato Puffendorffio condenda erant . Ante annum ab illo tempore index sive censura novitatum Puffendorffianarum sine certo autore erat editus , ocoulos multorum valde claros efficiens ; contra hunc atheus Puffendorffius quasi sine cerebro existens furere incipiebat , nisus authoritate & patrocinio sibi per nefas acquisito ; hinc demensis instar furere & vociferari incœpit , hunc indicem à me conscriptum publicè esse concremandum , effecit etiam furibundo suo Patrono Rolando & avaro Comite Steinbock pestiferè adjuvantibus ut publicè concremaretur , quo jure , quavè injuria , norunt illi , qui de Puffendorffii gentili Doctrina & atheismo accuratius differere valent : quæ omnia me nec angunt , nec tangunt , cum me hujus indicis novitatum nunquam confessus sim autorem , nec ejus nomine unquam ante meum è Suecia abitum publicè sum accusatus , multominus convictus . Quo ergo Jure Sueci me extra eorum forum existentem supra suam

suam jurisdictionem pro Puffendorffii atheismo impie defen-  
dendo condemnare possunt : nisi me contra omnia divina &  
humana jura impie tractare , ac Puffendorffii atheismum con-  
tra conscientiam & vera religionis dagmata inique defendere  
velint . Nā quemadmodum Regi Hispaniæ secundum Jura non  
licet natione Danum in Dania existentem in suo foro absen-  
tem condemnare ; ita nec Regi Sueciæ licet , me Germanum  
in Germania viventem , & absentem in suo foro suecico con-  
demnare : habeant & ritineant sibi gentilem suum Professo-  
rem , novi atheismi atheum Puffendorffium . Nullus Regum  
vel Principum in Anglia , Gallia , Italia , Hispania , Dania ,  
Polonia , Hollandia & tota Germania pestiferum hunc homi-  
nem ad se è Suecia accersi i curabit , ad pestifera ejus entia na-  
turalia addiscenda , quem ibi citius putrescere , vel cum enti-  
bus suis moralibus & religione statui reipubl. accommodanda  
&c. desperare sinent , quam eundem ad se vocare . Longè lau-  
dabilius & consultius fecissent Sueci , si atheum Puffendorffii  
um loco indicis novitatum Puffendorffianarum vivum unà  
cum suo execrabilijure naturæ & gentium in ignem detrusum  
solemniter concremassent , aut eum verberibus virgis & la-  
pidibus è Suecia ignominiosè abegissent , sic omne crimen &  
scandalum esset sublatum . Mirandum sane est , quod Sueci  
ex eo tempore , quo detestandum novi atheismi atheum Magi-  
strum Samuelem Puffendorffium in horrendis ac periculosis  
suis publicis scriptis , ac inaudita nova professione entium mo-  
ralium actionum humanarum indifferentia , religione statui  
reipubl. accommodanda &c. contra tot viros eruditione &  
pietate insignes , Episcopos , Professores & Doctores Theo-  
logiæ ac Juris , imo contra tot Academias tam Germanicas  
quam Suecicas per violentum modum impie defendere ten-  
tarunt , justo Dei judicio & vindicta nullam neque in civilibus ,  
neque militaribus rebus amplius experti sint salutem , sed qui-  
quid suscepserunt , vano & infelici conamine miserrimè cessit ;  
ean-

eandem Dei vindictam haud ita pridem pro impio Puffendorf-  
fi patrocinio expertus est Comes Gustavus Otto Steinbock,  
& Nobilis Consiliarius Roland forsan jam conscientiae morsus  
tacite sentit: quorum ille officio & honoribus à Rege justè est  
privatus, attestantibus novellis, ac fide dignorum è Suecia  
litetis. Hic Rolandus majorem inidè aliquando sentiet pœ-  
nam; cum justus Judex & Vindex Deus illata mala, imprimis  
ejusmodi atrocia nunquam impunè dimittat. Et jam merito  
deberem ad omnia & singula detestandi calumniatoris mei Puf-  
fendorffii scommata singulatim respondere, verum cum id su-  
pervacaneum esse censeo, ne lectori Benevolo & pio nauseam  
creem, ad quædam duntaxat brevissimis verè & genuinè re-  
spondebo. (1.) mihi tantam adscribit ignorantiam & rudi-  
tatem, quasi omni judicio, ratione & cerebro privatus quo-  
vis ex plebe essem indoctior, stolidior & pejor, qui nec rectè  
legere & scribere, multo minus ratiocinari valerem. Vah  
impudentissimum, impium & diabolicum mendacium, sim-  
plici veritati & experientiae optimo terum magistro è diame-  
tro oppositum. Fateor quidem me omnium eruditorum ac  
Doctorum non esse sapientissimum, nec Tullianâ puritate  
puriorem, qualem ipse sibi falsò imaginatur, omnium do-  
ctrinam, eruditionem & scribendi modum alto supercilio ca-  
lumniosè contemnendo &c. Interim inter mediocriter do-  
ctos viros, & Juris Doctores nunquam loqui & ratiocinari  
erubui; nec calumniator meus Magister Puffendorffius me  
unquam ratiocinando hæsitantem, multo minus tacentem  
reddidit. Hic mihi absque verborum jactantia convenienter  
in memoriam revoco, quod ego Puffendorffio anno 1668. de  
republ. irregulari Germaniae publicè disputanti satis acriter op-  
ponendo ad eas mentis orisque angustias publicè reduxerim,  
ut contra me in publico auditorio philosophico amplius de-  
fendere non potuerit absurdam suam thesin, rempubl. Ro-  
mano Germanicam juxta ejus assertum esse irregularem, sed

mixtam; unde maxima, sed tacita in me exorta est indignatio, & periculosa æmulatio, nihilominus me suis Juvenibus discipulis longè inferiorem & debiliorem contra tot publica de me lata testimonia scelesto ore ac calamo jam judicat. Nisi calumniatoris Puffendorffii impudentissimum os & calamus cordi ac menti ejus apertè contradicere vellet, utique libellum suum famosum non conscripsisset ad me scelestè suppri-mendum & refutandum. Si tam stupidus calamo & judicio essem, qualem calumniator meus me calumniosè describit, quid opus foret refutatione: indignum sane & intra Puffendorffii magnificentiam esset, cum tam misero homine, qua-lem me injustissimè singit, publicè pugnare, scriptisque cer-tare. En contradictionem in adjecto. Quid amplius dicam nescio, mihi maximo est solatio commune virorum illustri-um dicterium, quod ipsis perinde sit, num à scelestis & im-piis calumniatoribus & atheis laudentur, vel vituperentur, tam floci penditur scabiosum eorum judicium. Væ maledicen-ti ac impudentissimo tuo ori ac animæ, quam orco & dæmo-nibus, non Deo & cœlo devoves. Calumniator hic meus Puffendorff pro innata sua consuetudine mentiendo & calumi-niando scelestè pergit, dum Commentarium meum ad prima Juris fundamenta tempore meæ professionis anno 1672. publi-cè editum, Regique Suecorum humillimè dedicatum usque adeo spernit, ut nullum scriptum ab alphabetario vel rudi adhuc puero conscribi, inque vulgus miserè spargi potuisset; atrocem hanc Puffendorffii calumniam ipse benevole Lector pro tuo animi candore refutabis, si Commentarium meum in utilitatem studiosæ Juventutis laboriosè ac doctè conscriptum legeris, ipsa etiam Regia Majestas Suecica ipso opere contrarium expressè contestatur, quæ mihi impulsu Procerum & Magnatum pro libri hujus dedicatione 14. rusticos circa ur-bem Christianostadium in territorio Frosta clementissimè ob-tulit, quos Regi postea circa meum è Suecia discessum sub spe com-

compensationis humillime reddidi , nihil tamen pro iis acce-  
pi. Ex hiscè evidentissimis rerum circumstantiis & indubita-  
tis argumentis colligere licet , quam injustè ac crudeliter à meo  
calumniatore tractet , quamque falso ignorantia accuser: qui  
per integrum octennium exsteti Professor juris. Legas nefan-  
dissimum & calumniosissimum os Doctrinam meam Juris antè  
tres demum menses ut mense Septembri anno 1676. Norin-  
bergæ in lucem editam , confuso corde , si non oretacitè con-  
fiteri cogeris , me non minus Romanæ puritati operam nava-  
re , ac utilia opera elaborare , quām alios Ictos aut Literatos.  
Effatum hoc de me gloriòsè contestatur Praclarissimus ac  
Doctissimus Patritius Norinbergensis Christophorus Dietherr  
ab & in Anvanden J. U. D. & reipubl. ibidem Advocatus ce-  
lebris in carmine , quod in mei honorem publicè scripsit , ubi  
inter alia in præloquio dicit , ipsas leges Doctrinam meam  
Juris ob latinæ linguæ puritatem & elegantiam rarissimam ve-  
nerari & adorare &c. Et quod maximum , hanc mihi præ-  
primis gloriam condignè attribuere possum , me nuperrimè  
pro meajuris doctrina Sacrae Cæsareæ Majestati humillimè de-  
dicata & oblata honorificum laboris præmium , puta magnam ,  
crassam & ponderosam auream catenam sive torqueum cum in-  
signi gratioso aureo nummo Cæsaris effigie signato accepisse.  
Tibi contra famorum libellorum autori pro tuo famosissimo  
Monzambano ad sacræ Cæsareæ Majestatis autoritatem de-  
struendam ignominiosa catena ferrea à Carnifice offerenda &  
merito appendenda esset , ut alii tuo exemplo imposterum  
discant , Cæsaream Majestatem sacrosanctam & inviolabilem  
esse habendam. Vides ergo detestande in mentiendo artifex ,  
quām verax sis in tuis assertis , & quām injultè me ignorantia  
accuses. Tuam potius ignorantiam nefandissimum caput al-  
legarem , & justè perstringerem , si opus foret , qui præter  
linguam latinam & vernaculaam , ac inania tua entia brutalia  
(que inconvenienter vocas moralia) nihi scis , nec didicisti aut

vidisti ; cum nec linguam gallicam , nec Italicam calleas , quin  
imo nec eam , in cuius regione vivis , Suecicam intelligo . Nec  
in studiis superiorum facultatum quicquam egregii præstisti ,  
dum Theologiam ob altè impressum tuum detestandum atheis-  
mum semper sprevisti , & Jurisprudentiam ob contraria athei  
Hobbesii & pasquini Monzambani partus tui principia alto su-  
percilio pro Satyrico tuo ingenio neglexisti , calumniosè di-  
cendo , Ictos anserum instar idem canere ; nihilque in sua fa-  
cilitate scire novi proferre . Hanc impiam Puffendorffii op-  
inionem vir quidam eruditus in indice novitatum Puffendorf-  
fianarum solidè refutat , damnandam censens hanc Puffen-  
dorffii doctrinam ; omnes , inquit , Icti juxta immotam Juris  
naturæ doctrinam tenentur idem justum & æquum approba-  
re , & idem in justum & iniquum condigne improbare . Theo-  
logo æquè ac Icto simpliciter fatendum & asserendum incum-  
bit , præcepta Decalogi esse immutabilia ( e. g. non occides  
malitiosè hominem , non mœchaberis , &c. nisi id gentili Ju-  
ris naturæ & gentium Professori Magistro Puffendorffio jux-  
ta suam actionum moralium indifferentiam impunè liceat )  
nec ullas Juris naturæ & Divini novitates admittere &c. Nec  
exercitia corporis nobiliora didicisti , nec peregrinasti , sed  
trunci instar interdum inter libros , interdum inter pocula vel  
scorta sedendo turpiloquis te pro solenni tua consuetudine  
strenue exercere soles , loca biblica , canonica & juridica in se  
sana ac pia in pravum & impium sensum malitiosè detorquen-  
do . Contra qua tentata sæpiissimè in conviviis locuti sunt  
Reverendissimus Dominus Episcopus Winstrupius & Doctor  
Schvartzius . Sic pro sua libidine calumniator meus Puffen-  
dorff semper solitus est contra tristes vel modestos viros allega-  
re titulum Juris canonici decret . 15. lib . 4. de frigidis & male-  
ficatis & impotentia coeundi , & regulam juris civilis quod pen-  
det , non eit pro eo quasi stat , intellige causam controversam  
appellatione suspensam ; ubi materiam juris à Pontifice vel  
Impe-

supponere allegatam ad carnalem & bestialem intellectum  
tuo brutalis suo ingenio impie trahit. Apage carnalis diab-  
ole & caure libidinosè, cum perverso tuo brutalis sensu; obmu-  
scas in proborum solarium bipedum impurissime ac pver-  
issime, ne pius & probos turpiloquio tuo diabolico nimium  
~~indas~~<sup>susque</sup> maximo scandalo. (2.) præterire non possum,  
quam paucis ad falsam ejus gloriosam ostentationem & jactan-  
tiam respondeam; calumniator meus Puffendorff non erubet-  
cit afferere, se unius anni spatio plures evolvisse ac perlegisse  
libros, quam ego per omnem meam ætatem inspexi. En-  
tendacium palpabile, colaphis & baculis meritò expiadum.  
Quinam mihi esses præsens, certè proprium tuum quarti modi  
risum falsumque tuum assertum tibi condigne supprimerem.  
Qui me norunt, sciunt, me à primis & teneris annis studiis  
quam maximè fuisse deditum, qui tres libros unum Parisis,  
alterum Londini Schanorum tempore meæ professionis, &  
tertium Norinbergæ non sine magna lucubratione, labore &  
sudore typis in lucem edere curavi, quomodo ergo possibi-  
le foret, te calumniatorem & atheum ætate me longè inferiore-  
rem inter pocula & scorta sæpiissimè sedentem plures libros uno  
anno legisse, quam ego per omnem meam ætatem; desine  
ergo mentiri & calumniari impudentissimum os à carnifice  
tandem coercendum. Quid mirum, me in mea Juris profes-  
sione & doctrina tam turpiter infra omnium eruditorum sta-  
tum à pessimo hoc calumniatore & atheo Puffendorffio pro Sa-  
tyrico suo ingenio & pessima indole tractari, dum is & ipsum  
Aristotelem Philosophorum meritò Principem in omnibus  
Philosophiz partibus simpliciter rejicit, absurde statuendo  
Aristotilem nec in Ethicis, nec in Politicis, nec reliquis  
quicquam egregii præstisset. Quæ Puffendorffii calumnia  
maximo fibilo perstringenda esset, quandoquidem nihil in  
Ethicis censemur magis magnis moralibus Aristotelis, libris-  
que ejus ad Eudemon, & libris ad Nicomachum scriptis, præ-

sertim si celeberrimi Conringii, Rachelii vel alterius perdonatus accesserit Commentarius. Idem de Aristotelis Politica summo mentis acumine elaborata judicium fero, neglectâ ejus Metaphysicâ, quam ut Ethnicus ex nudo naturæ lumine melius conscribere non potuit; Cœterum ut laudem & gloriam Aristoteli omni Jure debitam in omnibus calumniosè detrahere posset calumniator Puffendorff, ideo reprehendere pergit Aristotelem, omnia in duo convenientissimè distincta, nimirum in substantiam & accidentis &c. Non possum non vehementer damnare detestandi mei calumniatoris Puffendorffii calumnias & mendacia, quorum unum ex altero quasi propullulat. Diaboli Praeceptoris sui instinctu impudentissimè asserit, mesib[us] scriptisse, quod mallem vita æterna privari, quam ab in cœptis meis desistere. Nunquam mihi talia impia in mentem venerunt, multominus ejusmodi scripti; cum probe sim memor eorum, quæ Matth. 16. cap. sunt scripta. quid mihi prodesset, si totum mundum lucrarer, & animæ meæ ac salutis æternæ dispendium paterer: tuam calumniator & alastor Puffendorff mentiendi libidinem & impudentiam sufficientissimè vindicabit Deus, ut cum desperatione ex hac vita discedas. Strenuè mentiri pergit calumniator meus & atheus Magister Puffendorff dicendo me literas propria manu scriptas misisse Wittebergam, Lipsiam, Jenam, & Garlebam, utinam vel mihi maleficiat, si eas propria manu scriptas transmiserim; vel tibi calumniatorum atrocissime, si contra veritatem mihi calumnias malitiosè affingas. Quid dicam, qui semel limites verecundiae & modestiae transiit, eum oportet esse graviter impudentem, pergas modo in animæ tuæ interitum magis magisque mentiri, præceptor tuus diabolus, qui tibi hæc omnia impie suggerit, pro excogitatis hiscè opprobriis & mendaciis lautum tibi olim dabit prœmium. Calumniator meus execrabilis Magister Samuel Puffendorff, ut immanis ac horrenda bellua in me meosque prodespe-

deterrito suo furore & nequitia scire & mentiri non defatit,  
dum honestam & modestam meam uxorem impiis suis calum-  
niis scelestissime pestringere non negligit, contra omnem ve-  
ritatem scelestè fingendo, meam uxorem ex sordidis Parenti-  
bus natam sordide vixisse, ac fuisse olim Regina loricem,  
quam signominiam ipsa Suecorum Regina Hedviga Eleono-  
ra condigne vindicabit. hoc ramen ad diluenda ista crimina  
verissime regerere possum, uxorem meam ex optimis & opu-  
lentis parentibus natam, unâ cum consanguinitate sua demortui  
Cancellarii Pomeraniae nomine Henrici Alfini vidua Maria  
Stracken Regis ac Regiae gratiose petiro accessisse aulam Re-  
giam adducandum Juvenem Suecorum Regem, ac per ali-  
quot annos pro magno salario annuo honorifice inservisse Re-  
ginæ corpori ! quo servitio nihil est honorificentius ; cui enim  
mottalium quis cum majori honore & dignitate inservire po-  
test, quam Regibus & Reginis, præprimissi cum iis quotidiè  
conversetur ; hanc honorificam uxoris meæ functionem plu-  
rimæ virgines ex splendidis familiis ortæ ante eam sustinue-  
runt, quales sunt Catharina Walkenstett, Catharina Babe-  
llina, Catharina Rieß, Christina Sturmheit Chiliarchæ filia,  
Christina Böls, Christina Baumans &c. quarum prima nup-  
fit præsenti Aulæ Cancellario Ehrnstein, altera nupfit Legato  
Suecico in Anglia existenti Leuenberg, tertia nupfit Consiliario  
cameræ Schuttehielm, quarta nupfit nobili aliorum  
inspectoris, quinta Admiratio Suecico Barck, sexta nupfit  
Generali Inspectoris omnium vestigialium in tota Suecia Dra-  
ckenhielm, Septimam in uxorem duxit Vicepræses supremi  
commerciorum collegii Lagerfeld, octavam duxit Admini-  
strator omnium bonorum Reginæ der Statthalter Utermarck,  
ut alias brevitatis causa taceam. Tantam semper præ se tulit  
uxor mea modestiam, morumque probitatem, ut omnes cu-  
jusunque conditionis eam non facis laudare potuerint, eo  
etiam nominem multis in splendida dignitate constitutis expe-  
tita

tita est! Hinc factum , quod ipsa Regina uxori meæ ex aula  
ob instans matrimonium nostrum dimissæ pro dore ex suis  
nummis mille imperiales gratosissimè obtulerit unà cum om-  
nibus sumtibus þin nuptias collocatis , quod multi Comites  
Comitissæ , Barones & Nobiles , qui nuptiis nostris ornandi  
& recreandi causa interfuerunt , simul cum tota aula Regia  
abundè testari possunt. Hinc uxor mea justo animi dolore  
commota dicit : dieser teufflischer Eügen-Geist und Ehrendieb  
habe sich aus Mutter Leib gelogen / sonstien wäre er nicht daraus  
gekommen / weil das Blut an ihm nicht gut / so mit lauter Gifte  
vermengt ic. Sibi ex animo gratulare si tam pudicam doti-  
bus animi & corporis instructam duxisset in uxorem , qui clau-  
dicantem & oculis nutantem monstro similem in sui solatium  
duxit. Hæc sunt calumniator , bipedum pessimè , nebulonum  
nefandissime Magister mendaciorum Puffendorff , quæ te ,  
tuumque malignum Spiritum excruciant , osque tuum men-  
daciissimum validissimè reprimunt. Non credo ullum virum  
probum in toto terrarum orbe dari , qui Magistrum Puffen-  
dorffium , ejusque scripta , præsertim apologiam ejus & episto-  
lam ad amicos ( quos non habet ) per Germaniam cognovit ,  
quin illum ut sordidissimum scurram & famosissimum calum-  
niatorem , ob sordes & scurrilia ubique intermixta plenariè  
condemnaverit : licet hic nigri Diaboli nigerrimus discipu-  
lus se cigno interdum candidiorem & angelo puriorem contra  
naturam suam & famosissima sua asserta falso formare conetur ,  
ut atheismum & perversum suum jus naturæ & gentium verè  
gentile malitiosè defendat , omnes tamen corvum corvum &  
simiam vocant Simiam. Falso hoc præfigurato Puffendorffii  
colore non tantum Reverendissimum Schanorum Episcopum  
Dominum Doctorem Winstrupium , virum ad stuporem in  
re litteraria versatum , Doctorem & Professorem Theologiaz  
Schwarzium & alios sibi contrarios ibidem in sui favorem sce-  
lestè denigrare machinatur , verum insuper multos maximi  
nomi-

nominis & venerationis viros in Germania, ut Reverendissimum Dominum Superintendentem Garlebiensem Gelsenium, celeberrimum Velthemium Jenensem, illustrem Scherzerum Lipsiensem, & plurimos alios alibi contra periculosem novi atheismi atheum Puffendorffium fortiter insurgentes &c. Prolixior in deducendis hiscè essem, nisi sordidissimi & impiissimi calumniatoris Puffendorffii belluina vita, detestandi mores, & horrenda doctrina (litera scripta manet) orbi literato jam satis perspecta & cognita forent. Quod vitam doctrinam & mores Puffendorffii concernit, ipso Dracone est pestilentior, diabolo pejor, ac lupo & tygride immanior, & sæverior, prout ex subsequentibus quibusdam allegatis exemplis apertissime patet (i.) Religionem pro fræno tantum populi ac fructuoso Politicorum figmento cum Machiavello in gratiam Principum semper censuit juxta doctrinam Platonis, quem præ alias loco sacri codicis legit; ob eam rationem in suo quoque Jure naturæ non veritus est asserere, religionem statui R. eipubl. esse accommodandam. Quod impium assertum jam in aliis suis scriptis postea editis Magister Puffendorfius tanquam namus cereum delosè flectere & inflectere machinatur ad averterendas à se aliorum linguas & calamos: sed litera scripta manet: Ex hiscè assertis satis liquet, quid de resurrectione mortuorum & vita æterna crediderit, nihil proh dolor: indè consequentia facillimè formari potest: qui ut bestia semper vivit, is ut bestia tandem peribit. Quod si quicquam de Puffendorffii atheismo ex propria ejus confessione notandum & notum est, utique sequens casus quam maximè notabilis est. Cum Puffendorfius noster moribus & doctrinâ atheistus anno 1672. ius suum naturæ & gentium verè gentile in publicum edere non erubesceret, ad evertendum christianismum, idque opus statim Theologis, præprimis Reverendissimo Domino Doctori & Episcopo Schanensi Winstrupio, Academiæ Carolinæ Procancellario, viro satis cordato, & Professori Theologiæ

Schvartzio summoperè displiceret, à quibus illud absolute  
rejiciebatur. Haud diu post laudatus Dom. Professor Schvartzius  
disputationem inauguralement de authoritate Symbolicâ, die  
22. Maij 1672. in auditorio Carolinæ Academiæ majori, sub præ-  
sidio Magnifici ac Reverendissimi Domini Doctoris Petri Win-  
strupii, &c. solenniter instituit, multis Baronibus, Nobilibus  
& Professoribus omnibus excepto Puffendorffio præsentibus.  
Utut atheus Puffendorffius conscientiæ & sceleris stimulo se  
tunc in numero Professorum sistere non auderet, metuens  
Professorem Schvartzium impietate Puffendorffii gravissimè  
offensem, novi sui atheismi ratione suæ professionis Theolo-  
giæ, & conscientiæ liberanda facturum mentionem, nihilo-  
minus sordido spectaculo se medium inter Studiosos in certo  
auditorii angulo personatum est furis instar latentem sistit,  
ad percipienda Professoris Schvartzii verba, quibus ipse sine  
dubio condigne perstringeretur: quemadmodum Magister  
Puffendorffius sibi justo conscientiæ metu formavit vaticini-  
um, sic subsecutum est. Ubi Professor Theologiæ Schvartzius  
Puffendorffium diabolo pejorem ob periculosa & veneno-  
sa ejus in Jure principia, Hobbesium & Monzambanum pù-  
blicè descripsit, unde factum, ut Puffendorffio præsenti, sed  
latent in tam illustris virorum confessu indelebilis in-  
usta sit ignominia, quam per omnem ætatem delere non valet;  
dum omnibus auditoribus, præsertim in superioribus subselliis,  
tam sedentibus, quam stantibus ejus præsentia erat nota,  
omnesque in eum pauperis studiosi pallio tectum, ad perso-  
nani ejus pertentia sua moralia in statu suo naturali (quia nole-  
bat, ut Professor comparere, nec pro tali haberet) malitiosè dis-  
simulandam, ridentes conjiebant oculos. Sic Magister Puf-  
fendorffius in maximo mentis furore cogebatur, Professorem  
Schvartzium in mille hominum literatorum præsentia suas  
nequitias & atheismum solenniter recitantem, tacite audire &c.  
(2.) Actiones humanas in Jure suo naturæ statuit esse indiffe-  
rentes,

rentes, quam impiam sententiam Magnificus Mævius, I<sup>CTUS</sup>  
Wismariensis, in suo juris prodromo clarissimè refutat, abo-  
minanda, ait, est quorundam opinio, qui opinantur, justa &  
injusta, honesta & turpia non esse talia naturā, sed ex consue-  
tudine aut legibus, rationem addit, quia non omnia naturā  
sunt adiaphora sive indifferentia, sed quædam naturā sunt tur-  
pia, ut furtum, adulterium, homicidium, blasphemia, prodi-  
gio, perjuria attestantibus Juribus divinis & humanis. Cùm  
atheus & calumniator Puffendorffius se h̄ic in rete captivum es-  
se ductum apertē animadvertisit, anguillā magis est lubricus,  
modò in hanc, modò in illam se flectens partem ac latus, dum  
eruditissimus Schvertzerus atheum Puffendorffium optimè ac  
prudentissimè, ob actionum humanarum indifferentiam, pu-  
blicè reprehendat; tunc ad effugienda mala doctissimo huic  
viro lubricè contra mentem propriam respondet, se non con-  
siderare actiones humanas in sensu civili vel morali, sed in sen-  
su physico. Congruè respondes nebulo, sed, salvâ veniâ, Do-  
mine vulpes, quærere lubet, in quo foro jam versaris, num in  
civilī vel physico? quamque materiam tractas, moralem vel  
physicam? Jus certè naturæ & gentium hic perverse tractas,  
& non venalia tua scorta, aliorumque pruriētes uxores tauri-  
no tuo appetitui quovis tempore ac loco inservientes, quas  
physicè plus nimiō examinare, earumque naturas curiosè ac  
libidinosè scrutari soles. Hinc fit. (3.) quod rarissimè tem-  
plum frequentare, concionibus sub specie Christiani interest  
soleas, non ur intui conversionem & animæ solatium audire  
velis concionem, sed ut Concionatoris verba in lepidum vel  
turpem sensum ad excitandum assessori tuo risum interpreta-  
ri possis; undē sapissimè à Sacerdotibus Professore & Doctore  
Schvartzio, Magistro Johanne Ernesto, Pastore Cathedrali,  
& Domino Laurenbergio, ex publico suggestu graviter es re-  
prehensus, quod ipse calumniator in tuo famoso scripto ad  
amicos (quos non habes) per Germaniam sequentibus ver-

bis satis innuis; quod si, inquis, in eodem templo duo Sacerdotes alternis diebus Dominicis concionentur, quorum alter (Schvvarzius) cathedra sacra abutatur ad evomendum in me succum nigræ loliginis, ac omnes occasiones aucupetur, me vellicandi & traducendi (quia tali pabulo & correctione dignus es) num ullo jure teneor istius hominis virus, quod de suggesto in me evomit, biantiore praesens excipere. Aut quis me prohibebit tantisper in alio templo (per ens scilicet rationis) concionem audire? &c. Alter Sacerdos, qui est pastor Cathedralis M. Johannes Ernestus, æquè vehemens erat, in atheismo Puffendorffii publicè è suggestu reprehendendo, sed eum perstringere non audet, ne sic ipse ex communi Sacerdotum accusatione innuat ac prodat atheismum suum: (4.) Omnes Sacerdotes ore ac scriptis semper mortalium pessimos nebulones aestimavit, qui sub prolixis togis & barbis incredibilem tegerent nequitiam, sicuti ex Monzambano suo cerne-re licet, verba ejus in libello suo famoso Cap.8. §.6. sunt seq.  
Ostendat mihi aliquis in quo hominum genere plus reperiatur ambitionis, avaritiae, invidiae, iracundiae, contumacia, & ubi quilibet se suaque tanti facit &c. Sic tandem (5.) Puffendorffii atheistimus usque adeo exosus est factus omnibus in Suecia Sacerdotibus, ut publicè dixerint, diabolum ipsum introduxisse Puffendorffium in Sueciam, undè factum, quod nullus Sacerdotum Londinensem eum amplius ad confessionem admirtere vellet, nisi se prius ad tam arduum opus probè præpararet, abominato suo atheismo; quoniam Doctor & Professor Theologiz Josua Schvvarzius, Pastor Cathedralis, Dominus Laurenbergius & alii eum ob impietatem, morumque ac vita pravitatem inde rejecerunt; quo etiam intuitu Reverendissimus Dominus Episcopus Londinensis Winstrupius, vir ætate, pietate, eruditione & dignitate insignis Puffendorffium ipso diabolo pejorem censet, eumque atheismi apud Re-

gem

gem gravissimè accusavit , sed justas has Episcopi accusationes  
Comes de Steinbock & Roland omni studio & conamine ob-  
privatum interesse sordide suppresserunt. (6.) Satyricum Puf-  
fendorffii ingenium neminem sine macula vel malo cognomi-  
ne dimisit intactum , collegas & alios viros honoratos sequen-  
tibus sordidis nominibus malitiosè insignivit , unum vocabat  
fan ta per ckle , welches heist auf deutsch / der Teuffel hole den  
Teuffel / vir iste insignis vocabatur Peer / quem pati non pote-  
rat , alterum nominabat den henckermässigen entlauffenen Brans-  
denburger / tertium eine Schwedische wilde Sau ; quartum  
Schrockel / quintum General major Flacksfiesel / sextum Ritt-  
meister Marckolbus Hohenhund ; septimum den Schwedischen  
Sporenmacher / octavum den Teutschen Landesdomer / nonum  
vocat asinum tenebrionem & alastorem , qualis ipse est ; se vo-  
cat modò veronem de Monzambano , modo sincerum Wa-  
renberg , ubi Polygamiæ est defensor . Superintendentem Gar-  
beliensem vocat Pontificem Garbeliensem , Dominum Scher-  
zerum nominat pro suo belluino appetitu Dictatorem Lipsien-  
sem , & Velthemium meum Sectatorem , ut infinita alia exco-  
gitata Puffendorffii scommata raseam , quæ Schanensibus  
æquè , quam mihi notissima sunt . Tanta sævitia semper æstuau-  
vit Puffendorffii animus , ut furore correptum non toederet  
homicidii , ex variis ejus exemplis duo saltem afferam . Anno  
1670. ob levissimam causam in tantum exarsit irâ , ut animam  
devoveret diabolo , se sclopo velle Candidatum Medicinæ no-  
mine Casselium virum honestissimum occidere ; ast cum eun-  
dem pro bestiali suo furore ob fugam consequi & occidere non  
posset , in illo furore suo rus extra civitatem Londinum abiit  
solus , ibique ob nimiam mentis rabiem post unius vel alterius  
horæ lapsum in prato semi mortuus inventus est à molitoris  
uxore , quæ eum anhelantem aperto thorace & sparsâ aqua  
conservavit . Sic quoque (8.) ancillam suam Londini ob fra-  
stam ollam in culina cultro occidere impie intendit , quam

cædem etiam certò certius in effectum impie deduxisset, nisi ancilla genium & furorem Puffendorffii optimè cognoscens, sepem transiliendo manus ejus impias ac violentas celerrimè effugisset. Quid multis, mala mens, malus animus. Omnes præclarí viri in Suecia, qui eum norunt, mecum unanimiter & constanter statuunt atheum calumniatorem Puffendorffium tamdiù non potuisse in Suecia substituisse, ac Regis gratia indignè gavisum esse, erroresque atheismi ibidem conservasse, nisi artibus diabolicis id effecisset; idcirco constans fama & rumor ibi fertur, Puffendorffium existere Sagarum Primipilum, qui in earum conventibus choreas duceret, essetque dux caper ille gregis. Plura non addam, ne infinita athei Puffendorffii delicta omnem humanam rationem superantia ad nauseam piorum Christianorum in Sueciam protrahere videar. Sufficit, Illustrissimum Regni Sueciæ Cancelleriarum Comitem Magnum Gabrielem de la Gardie, & Illustrissimum Dominum Baronem & regni Consiliarium Johannem Guldenstern juniores virum prudentissimum ac literatissimum quasi per vaticinia publicè dixisse, Puffendorffium non prius quieturum, quam famam & vitam simul temerè litigando iret perditum, quod ipse ex parte confitetur in præloquio libelli sui famosi, quem vocat apologiam, sibi à Magnatibus Sueciæ fideliter esse suatum, ne controversiam hanc amplius moveret, sed eam tacito pede silentio præteriret, quod facere recusavit, ideo varios libellos famosos præter Monzambanum ut apologiam suam sceleratam, & epistolam carnificinam ad amicos suos scabiosos per Germaniā, ope bibliopolæ Haffnienensis, nomine Haubolt, ubique in Germania distribuere & vendere curavit, ut sic falsum mundo vendere posset fucum. Quod si Rex Daniæ tam rerum civilium, quam militarium experientissimus cognosceret bibliopolam suum Haubolt, in sui opprobrium clam in Germania penes alios Francofurtenses & Lipsienses bibliopolas adjuvare calumniatorem & Pasquinum Puffendorffium in Mont-

zam.

zambano (Regem Daniæ acerbè perstringente) apologiā  
sua scelerata & epistola carnificina imprimendis & dividen-  
dis; miserum utique is à Rege suo deportaret p̄r̄mium, in  
cujus negotii occulti qualitatem imposterum accuratius inve-  
stigabitur. Quod si bonus Haubolt probi & pii viri officium  
adimplere vellet, melius faceret, si omnes athei Puffendorf-  
fi libellos famosos juxta Sacræ Cæsareæ Majestatis jussum, è bi-  
bliopolio suo plane removeret, ne inde sibi & conscientiæ suæ  
maculam & Regis iram temerario ausu contraheret. Nam ipse  
calumniator Puffendorff s̄epissimè dixit, se ex eo tempore,  
quo cum Nobili Domino suo Cujet tanquam ejus scriba Haff-  
niæ captivus detentus fuit, ut anno 1658. tanto odio in Danos  
semper flagrasse, ut nullum eorum vivere exoptaret. Es wâre  
nichts gutes an den Dehnens / er möchte allemahl fünff von den  
Dehnens zugleich auf ein Spieß stechen / und die Teuffels braten;  
So offt er die Dehnens reden h̄erese / könnte er nicht anders urthei-  
len / als daß ihnen sâmbtlich der Rücken zerbrochen wâre / weil sie  
so stehneten. Quâm impia hæc sint, norunt omnes, qui Daniam  
& Danicam nationem norunt, quoniam plurimi ibidem viri  
dignitate, eruditione, probitate & pietate maximè illustres re-  
periuntur, quibus calumniator Puffendorff sic comparandus  
est, ut sordidissima upupa reliquis egregiis avibus, aut corvus  
cigno, aut ulula generosæ aquilæ: nam sicuti deformis ulula  
semper ululat, sic tu homo sordidissimus semper rufus, obſcœ-  
na loqueris, & calumniaris. Calumniatoris mei Puffendorffii  
Jus naturæ & gentium, ejusque apologia scelerata à quibus dam  
præclaris viris emta feruntur, verūm quamprimum eadem  
cum mentis stupore ac conscientiæ læfione perlegerunt, statim  
vulcano concremandæ obtulerunt, ne sub maximo animarum  
periculo in manus liberorum imprudentissimè inciderent.  
Deo sit laus, honor & gloria, quod clandestinus Puffendorffii  
atheismus toti Europæ jām sit notissimus (quem furore suo,  
calumniis & libellis famosis amplius defendere nequit) & quod

jam

jam plurima magna excellentia ingenia ad suppressendum  
hunc execrabilem Puffendorffii atheismum ubique exsurgant,  
ne venenum longius serpat &c. Si Norinbergæ vel Franco-  
furti viverem, ubi sculptorum labor pro tolerabili pretio est  
venalis, utique Puffendorffii figuram corporis & animi qual-  
itates mirificè, verè tamen in Lectoris gratiam deumbrauerent,  
exsculpendo virum stolido vestitu & magno colari entibus mo-  
ralibus egregiè ornato, mira tintinnabulis resonante, ad in-  
dicandam ejus stoliditatem & perpetuum risum perspicilla va-  
ria habentem venalia, quoniam omnibus literatis perspieilla  
astutissimè imponere vult, ut jus ejus naturæ non secundum  
literam scriptam, sed contra ejus sensum, secundum sceleratam  
suam apoligiam, postea demum editam & epistolam carnifici-  
nam ad amicos suos scabiosos in Germania interpretari debe-  
ant, prout celeberrimo Domino Scherzero Lipsiensi in actio-  
num humanarum indifferentiâ dolosè persuadere tentat. Ve-  
rū quis Literatorum judicio tam debilis est, & naturâ tam  
varius, ut calumniatori & atheo huic Puffendorffio in tam im-  
pio negotio fidem habeat. Deus convertat hunc atheistum &  
calumniatorem, ne bonis amplius noceant, suamque animam  
in gehennam miserrimè detrudat. Quod si calumniator meus  
Puffendorff calumniis suis velit finem imponere, meque à se  
longè remotum imposterum reliaquere intactum, eum nun-  
quam amplius vel minimo verbulo vindicativo tangam. At si  
pro satyrico suo ingenio calumniari pergit, eum in Medulia  
mea Justiniane, quam sub sequente anno 1678. per Dei gra-  
tiam longè perfectiorem & auctiorem typis edere intendo, ad  
perpetuam Puffendorffii memoriam vivis coloribus tam gra-  
phicè depingam, ut ipse confiteri cogatur, me in depingen-  
dis animi, corporis, morumque ejus qualitatibus nullatenus  
errasse. Nullum inde exspecto præmium, sed omnia gratis in  
adversarii mei infensissimi conversionem prompto animo facio.

Hinc benevole lector vale, meque in omnibus pro tuo  
animi candore habeas excusatum.



Digitized by Google

